

HECTORIS FELICII
IVRISCONSULTI

Calliensis,

TRACTATUS

DE SOCIETATE.

AB ANGELO FELICIO IVRISCONSULTO

Auctoris Filio, nunc denuo hac secunda aditione diligentissime recognitus, multisq; additionibus locupletatus.

Cum Indice rerum, & materiârum locupletissimo.

C V M P R I V I L E G I O .



V E N E T I I S , M D C X .

Apud Antonium Pinellum .



ILLVSTRISSIMO

ET REVERENDISSIMO

D. IOAN. BAPTISTAE MAMMIANO

De Ruere, Terræ Durantis Abbati dignissimo,

Angelus Felicius Calliensis.



Patris mei de societate tractatum diuersis prius in chartis sparsum, & à me in hanc, quam vides, formam redactum, & duplici indice locupletatum, in lucem editurus, Præsul amplissime, tuo nomini dicare censeo: tum vt me à parentis mei instituto erga familiæ tuæ obseruantiam non esse degenerem ostendam; tum etiam, vt mihi ad tui gratiam adipiscendam anhelanti tali medio aditus aperiatur. Accipe igitur, illustrissime Antistes, libenti animo hosce studiorum meorum flores, licet exiles: Si enim eos non despicias, ætate crescente, lucubrationum mearum etiam fructus degustabis. Vale, nostrorum temporum ornamentum: & quemadmodum virtutibus & dignitates præuenisti, & prudentia ætatem superasti, ita faxit Deus, vt debita præmia meritis tuis respondeant. Datum Callij kalendis Septembris. Anno 1606.



I

TRACTATUS

DE SOCIETATE

D. HECTORIS FELICII,

VIDACIC CLARISS.

PRACTICABILIS.

Prooemium, & diuisio totius Tractatus.

S Y M M A R I A

- 1 Vniuersalia prius, deinde particularia sunt tractanda.
 - 2 Amicitia tres sunt species, naturalis, hospitalis, & civilis.
 - 3 Amicitia naturalis tres habet species: Piepatem, Indulgentiam, Necessitudinem.
 - 4 Pietas quid sit. & num. 6. ex Cicerone.
 - 5 Homo diuersimode de alijs debitor efficitur.
 - 7 Indulgentia quid sit.
 - 8 Amoris paterni ardor est inasimabilis.
 - 9 Amicus melior quam pater non reperitur.
 - 10 Amoris parentum in filios causa.
 - 11 Amor parentum erga filios maior, quam sit filiorum erga parentes, & qua sit ratio.
 - 12 Necessitudo quid sit.
 - 13 Donatio praesumitur in ser conuictos.
 - 14 Hospitalitas quid sit.
 - 15 Hospitalitate considerata successio deferebatur.
 - 16 Amicitia civilis tres habet species.
 - 17 Homo natura animal sociale.
 - 18 Virtus conciliat amicitias.
 - 19 Amicorum omnia sunt communia.
 - 20 Societas est species amicitiae.
 - 21 Pronomina, meum, & tuum, à Satana inuenta de notantia mundum.
 - 22 Societas quare inuenta.
 - 23 Societatis significatio qua comprehendat.
 - 24 Maritus & vxor dicuntur socij.
 - 25 Maritus & vxor dicuntur consortes, quia hoc nomine socij nuncupantur.
 - 26 Pater & filia in affione dotals dicuntur socij.
- Tractat. de Societate.*

- 27 Socij dicuntur infimal militantes, & hereditas ab uno alteri relicta facit peculium castrense.
- 28 Socij dicuntur, qui rem communem habent. Societas alia incidens, alia conueniuntialis. ibidem ex glossa.
- 29 Socij dicuntur illi, qui infimal iunguntur delectationis causa.
- 30 Socii ad malum impropiissimo socii nuncupantur.
- 31 Malus quis praesumitur ratione male societatis, iuxta prouerbum Florentinum.
- 32 Collegium dicitur societas.
- 33 Societas alia collegiata, alia feugulorum.
- 34 Societas feugulorum qua sit.
- 35 Societatis appellatione qua veniat in dubio.
- 36 Ordo totius tractatus.



Noniam sermones nostriciariores venioresque redduntur, cum vniuersalibus. † prius cognitis ad particularia descēdimus, ut per Aristot. in lib. 1. Phyc. & per Iurecōsultos in leg. prima, de iustit. & iure, & in leg. prima, ff. si certum petat. & in leg. prima, ff. de testam. & in §. his itaque, Instit. de iustitia, & iure, & in multis alijs locis: Ideo prius in vniuersali ad contractum societatis, de quo acturi sumus, considerandum est, tres † reperiri amicitiae species, vna dicitur naturalis, secunda hospitalis, tertia civilis.